



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

VIII. Gerhard von Wederde überläßt dem Kloster Neuendorf 4 Hufen in
Volcvelde, am 1. Oktober 1252.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

tur, ita quod nullus ibidem maneat agriculator, tunc dictam pactam solvere non tenentur, quousque predicta villa colonis fuerit reformata. Consensimus etiam in hoc, quod si domini qui pactam de eadem villa recipiunt, propter reformationem ville in pacta, in parte vel in toto cultoribus gratiam fecerint specialem, eadem in pacta nobis debita nomine campi Vetwene gratia pociantur. Vt autem hec que premissa sunt, firma sint et futuris temporibus indubitata, presentem litteram scribi fecimus et tali (sic) sigillo roborari. Datum Gardelege, anno gratie M. CC. quinquagesimo primo.

Orig. in M. Ein rundes Siegel, sitgende Abbtissin mit Buch in der linken. SI.....ISSE IN NIGENTHORP. — Bohn. 104.

VIII. Gerhard von Wederde überläßt dem Kloster Neuendorf 4 Hufen in Wolvelde,
am 1. October 1252.

Noverint universi tam futuri temporis quam presentis, quod ego Gerardus, dictus de Wederde, saluti proprie consulere cupiens et monasterii in Niendorp prope Gardelege Cisterciensis ordinis intentare profectum, ad usus ejusdem monasterii de omni jure, quod in quatuor mansis habui in villa Wolvelde sitis, cessi. Ne vero super eadem cessione in posterum aliquis dubietatis scrupulus qui lites suscitare valeat, oriatur, presens scriptum sigillo meo decrevi in ipsius testimonium consignare. Datum Magdeburg, anno domini M. CC. L. II. Kal. Octobris.

Orig. in M. Rundes, sehr beschädigtes Siegel (Widder).

IX. Markgraf Otto verleiht dem Kloster Neuendorf mehrere von Einzelnen zu ihren Memorien bestimmte Lehnstücke in Stats, Wardenberg, Köten, Gardelegen, Buchholz, Nipitz,
am 10. April 1254.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto, dei gratia Brandenburgensis Marchio, Omnibus in perpetuum. Quoniam omnes morimur et non est priorum memoria nec eorum quidem qui futuri sunt erit memoria apud illos qui in novissimo sunt futuri, necessarium reputamus et existat utiliter adinventum, ut ea que fiunt in tempore quod defluit et pertransit, ne cum pretereuntibus cum eodem pertranseant et decurrant et sic eorum memoria in oblivionis cinerem redigatur, scriptis authenticis aut testium vocibus confirmantur, per que res gesta ad notitiam deveniat futurorum, Sane abbatissa et collegium Christi ancillarum sancte Marie in Niendorp Ordinis Cisterciensis nobis humiliter supplicarunt, ut bona quedam, que quidam fideles nostri ipsis pro sua